

P RÆ F A T I O.

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica* D. *Kimbi* (& quod Lexici instar, *Nathanis Concordantias.*) *Avenaru*, *Forsteri*, *Pagnini*, *D. Pomarii*, *Buxtorfii*, *Schindleri*, quod fere integrum in hoc opus transfudimus; *Chaldaica* trium ultimorum, item *B. Aruc. Ph. Aquinatis. Eliæ Thisb. Cohen de Lara. G. Fabritii*, *S. Munsteri*, *Plantavitii*. Emendationes, nec non Additiones quædam *M. Buxtorfii* ad suum *Lexicon Chald.* partim à Cl. D. *Dershovio*, viro admodum tam ingenuo, quam docto; sed maxima ex parte, à proprio *D. Buxtorfii* filio, atq; in Cathedra successore longe meritissimo, & quidem ingentis spei viro, cuius vel nomen gentis suæ decus est, & honor.

Syriaca, Masi, Ferrarii, Trostii, Buxtorfii, Th. à Novaria, &c. Samaritanum, D. Morini. Dictionarum Trilingue, Sam. sc. Chal. & Arab. Cl. D. Doctoris Marshalli, viri reconditæ eruditionis peritissimi, mihiq; amicissimi, opera descripti, & ad me transmissi. Æthiopicum, Wemmers, & Nobilissimi, nec à me unquam sine honoris præfatione nominandi, D. Jobi Ludolfi. Arabica, Raphelingii, Giggei, Germani, atque viri excellentissimi, omnisq; literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritissimi D. Ja. Golii Lingg. Oriental. tum & Mathefeos Professoris ordinarii.

Lexica MSS^a quibus usi sumus in hoc opere.

Dictionarium Syriacum Bar Babluli, ingens volumen in folio, in hoc opus transvectum, apud quem sæpiissime citantur sequentes authores; quasi Syriace extantes; Bar Serushai, Zacharia, Raban, Almeruzai, ut puto Lekicographi. P. Ægineta, Dioscorides, Galenus, Aetius, Bar Serapion, Medici. Aristotelis Volumina septem. Besunandus Historicus nominatissimus. S. Ephrem. S. Gregorius. Gr. Nyssenus. S. Epiphanius contra Eunomium. Arius, & Apollinaris. Bar Malco, forte Aben Melec Hebræus. Mesues Arabs.

Taceo etiam scriptorum *Arabicorum* catalogum apud *Camusium* longe numerosiore.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. Gallæi Ministri Zyricensis mihi benigne transmissi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D. Jobus Ludolfus Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguae: Magnus A-pollo; de quo plura in Lexico, pag. 853. à quo MS. Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confessione fidei *CLAUDII* Imperat. *Æthiopie*, &c. per manus Cl. D. M. Wanslebii accepi, quæ omnia (Curiositatis monumenta non vulgaria) A. D. 1661. prelo hic commisi. Lexica *Arabica*, *Gieuhari*, & *Camusii*; item D. *Lanceloti Brunii Avicennistæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hisce literis summe admirandi; D. *Bedwelli* septem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ summo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis Jo. *Seldeni*, Cl. D. D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigiensis* tunc temporis procancellarii dignissimi, & Cl. D. M. *Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

CLAUDII Imperat. Æthiopiae, &c. per manus Cl. D. M. Wanslebii accepi, quæ omnia (Curiositatis monumenta non vulgaria) A. D. 1661. prelo hic commisi. Lexica Arabica, Gieuhari, & Camusii; item D. Lanceloti Brunii Avicennistæ incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hisce literis summe admirandi; D. Bedwelli septem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ summo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis Jo. Seldeni, Cl. D. D. Merick Collegii Londin. Medici celeberrimi, D. D. Worthington, Academiæ Cantabrigiensis tunc temporis procancellarii dignissimi, & Cl. D. M. Smith procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Persicum*, cui nomen *الْكِسْبَةُ*, cum tribus MSS^{is} collatum; quorum unum vir Cl. D. Th. Gravius pro summa ejus humanitate amice mihi communicavit, magna ex parte à D. Seamanno viro integrerrimo, in quo hac ac Lingua Turcica exercitatissimo, transfusum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita sunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Thesaurus *Persicus* desideratissimus Prof. Eminentissimi. D. D. Golii, *Ἐγκυρότης*.

Ex præcedentibus scriptoribus, atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plaustra, in omnibus sex linguis, *Chald. Syr. Sam. Æth. Arab. & Persica*, simul hic comportata, inq; suas series ordine habemus digesta, quæ in aliis Lexicis, qua Impressis, qua MSS^{is} frustra quæsiverit quispiam. Et ni fallor, non multa sunt scripturæ loca, apud Criticos veteres, aut modernos, quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur, quæ hic constanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot, secundum proprietatem hujus, aut vicinæ alicujus linguae, non fine Ratione optima, Contextus analogia maxime apposita, consentientibus fere semper primis atq; antiquissimis SS. Scripturæ interpretibus, mūltō aliter transfusas, quam saltem Modernorum quivis (de Translatoribus loquor publicis) adhuc exposuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadversum, quo melius intelligent atque clarius, posteritati quantum obsit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B. Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis scriptores) non ut nudos homines, sed plane θεωνεύσος per omnia sequuntur non Judæi tantum, sed Christiani fere universi: Cum tamen ambo ingenue satis atq; aperte in multis, nec raro, suam fatentur ignorantiam; proinde ab utrisque (post considerationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticulosi sæpe discedimus.

Primus ante, & ferme solus inter recentiores omnes *M. Buxtorfius*, vir naris emunctioris, spiritu sagacissimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & ut plurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum.

In *Syriacis* à præclarissimo *Ferrario* quoties cespitatum est, nonnunquam à doctissimo *Morino* in *Samariticis*, & Cipiosissimo, & ob magnam industriam merito celebrando *D. Giggæo* in *Arabicis* sæpiissime: idem triste mortalitatis privilegium, & nos proculdubio, nec infreuentur manet: Interim eorum sphalmata candide, atque crebrius si-